

P V I S

1 6 1 8



- I. Conradi Rittershusii Paraphrasis Psalmi XC nuptiis die.
 II. Berzmanni paraphrasis Psalmi. Statuor, 121. 91. 125. 124.
 III. Berzmanni paraphrasis Psalmorum 22. 16. 09.
 IV. Berzmanni paraphrasis Psalmi 08.
 V. Berzmanni Epitaphion Psalmorum 91. 97.
 VI. Berzmanni Psalmi. 104. 0. 19.
 VII. Poletani Paraphrasis Prometei Ione
 VIII. Mündorffii paraphrasis Ione.
 IX. M. Iacobi Gregorii Ionas.
 X. Joannis Fabri de Nativitate Christi.
 XI. M. Theodori de Nativitate Christi.
 XII. Wiltzeri Ode de Redemptionis Opere.
 XIII. Obiti de Deitu Christi ad Inferos.
 XIV. Pomarii Heptas simulane Resurrectionis.
 XV. Stentorii ubi impudentissimis.
 XVI. Trautmanni in studio p. vero Lutherano.
 XVII. Praetorii Epitaphia Germaniae ad Electores.
 XVIII. Moiti et Quina ad Christianum Pr. Ansb. b.
 XIX. De reb. gestis Johannis Ernesti Pr. Ansb.
 XX. Henrici ab Eichen ad Mauritium Pr. Sax.
 XXI. Abrahami Cremeri ad Electore Brand.
 XXII. M. Imlingii ^{et aliorum} Statulato in Natalem
 Rudolphi Principis Anhaltini.
 XXIII. Moiti in Nuptias Rudolphi Pr. Ansb.
 XXIV. Berzmanni Eclogae Rudolphus.
 XXV. Bromii Nuptiis raris Rudolphi Pr.
 XXVI. Wessii et M. Jone Nuptiis
 eiusdem.
 XXVII. Parentalia Augusto Electori a
 D. Maiore habita.
- XXIX. Epitaphia Johanni Ernesto
 cipi Anhaltino v. Alberto Voite dictus.
 XXX. Angelii ad Baronem de W. Schmitz.
 XXXI. Memoriae Damielii Diepsoldii.
 XXXII. Abrahami Cremeri disputatione ad Ansb.
 XXXIII. Propemptica Fuschli et Cremeri dicta.
 XXXIV. M. Vietori, cum renuntiaretq. Rector.
 XXXV. Ode Sapphica in Doctores Honoratus
 Fuschli A.
 XXXVI. In Magisterii Honore Joh. Cram.
 XXXVII. M. Beckmanni in honorem Magisterii
 rii Lipsensii XX juvenum.
 XXXVIII. M. Röhrii in Magisterium Haberlandi.
 XXXIX. In Magisterium Copenii
 Bethmanni Herdesiani.
 XL. Christiani Vögelii.
 XLI. Abrahami Theopoldii.
 XLII. M. Copenii Gratiani. Adhuc in Magisterio.
 XLIII. De Dignitate Consulari Trescedon.
 XLIV. De Dignitate Notariatus Gelami.
 XLV. Apocryporum Politicorum sigula.
 XLVI. Nuptiis Petri a Jona.
 XLVII. M. Puchneri.
 XLVIII. M. Richardi.
 XLIX. Wolfgangi Hanen.

172

T V M V L V S
AMPLISSIMO,
CONSULTISSIMO ET DO-
ctissimo Viro Dn: VALENTINO HER-
VVIGIO, Reipub. Ascaniensium Consuli
gravissimo, ad gubernacula sedenti & im-
matura morte per DEI immutabilem Vo-
luntatem prærepto & quo ad animam
conforti Coelestium aggregato & exu-
vijs huc positus, factus

M. ZACHARIA VVENNEMERO Sympatriota
& Consanguineo, in aula & Ecclesia Plotzkaviana
Verbi divini ministro,

Hoc officij genus ab eo petentibus & impe-
trantibus Uxore, Filijs, Filiabus, Generis Dn: Consulis de-
mortui, non sine insignis luctus significatione.

Accesserunt & alia Carmina lugubria.

Anno CHRISTI ex Vir-
gine nati

FVnesta De Let temporis Long InqVltas.

AMT DER
CONSULATS
IN
HAMBURG
VON
1793
BIS
1806
DIE
HAMBURGER
CONSULATS
ANWÄLTE
HAMBURG
1806



)○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○(

TUMULUS

PROSA ORA- TIONE.



Mplissimo, Consultissimo, Doctissimoq; Viro, Dn:
VALENTINO HERVVIGIO, gravissimo
Reipub. Ascaniensium Consuli, marito suavissimo
& honoratissimo, Parenti dilectissimo Socero per-
petua memoria & gratitudine honoranda, quin-
quagesimum secundum atatis annum agenti &
ad gubernacula cum autoritate sedenti, immatura
tamen & sibi admodum luctuosa morte erepto &
in aeternam Patriam XII. Ianuarij Anni à nato Christo M. DC. XIII.
premisso, AGATHA uxor & jam mœstissima Vidua, Spectatissimi &
Doctissimi olim, nec de Patria tantum sed de multis alijs optimi meriti Viri
Dn. M. Iohannis Stübleri, primò Rectoris Scholæ, post itidem Consulis e-
iusdem Reip. sanctæ memoriæ, filia: Filij tres Iohannes Valentinus & Vl-
ricus: Filie duæ Barbara & Agatha & mariti harum, generi illius exo-
ptatissimi, David zwantzig, scriba Reipub. primarius ac Iohannes Adria-
nus Drosenius, Magnifici & Consultissimi quondam Viri Dn: Bal-
thasaris Droseny, I. u. D. & Consulis p. m. filius, obser-
vantia, amoris & gratitudinis ergò hunc tumulum
feri curarunt. Anno ut supra.



A 2

Aliás

ALIAS CARMINE ELE-
GIACO POSITUS.

Anni aeta-
tis.

Dies obi-
tus.

Annus
Christi.

Ossa Valentini superate exanguia morte
Consulit HERVVIGIJ cōtegit iste lapis.
Lustra decem vitæ binos transegit & annos,
Qui seclum integrum vivere dignus erat.
Iani idus aderant, mox luce instante so-
Ac annus decimus tertius ibat humo
Post Christinati sexcentos mille peractos
Huic quando rupit stamina parca manū.
Ex cunis pietatis opus, perceptaq; morum.
Vnica ei puero discere cura fuit.
Pōst ludo in patrio solidè fundamine jacto
Ad celebras toto est missus in orbe scholas.
Marpurgū primò, mox Heidelbergā, dein-
 (ceps
Neustadium hunc vidit docta theatra
 (sequi.
Præclarè doctos, pactiq; utriusq; peritos
Audiit, insignes & pietate viros.
Vrsinum strato positum, recteq; secantem
Omnia perspicua dexteritate styli.
Hebreæ gnarus Latine Graeque loquelæ
Et calamo promptus promptus & ore fuit.

Vna

Vna mihi fuerit non testis epistola, puro
 Et Ciceronæo vel perarata sono.
 Sed post finitis sex sat feliciter annis
 De patriæ fumum vidit abire focis.
 Templâ scholas poterat lingua informare perita,
 Ast illum Dominus iussit adire forum.
 Ergo à secretis patrio scriptisq; Senatu
 In paucis visa sedulitate fuit,
 Postquam conjugio sociam sibi junxerat arcto
 Ihan Stübleri Agatham nomine req; bonam.
 Hæc octo vicibus partum felice maritum
 Patre Deo fecit sic operante patrem.
 Tres rapuit Lachesis, vescuntur at ætheris aura
 Patre sati tres hoc, filia itemq; dux.
 Legitimè tandem ad summos ascendit honores,
 Consulis in patrio nomen adeptus agro.
 Vera DEI didicit, sine fraude est vera professus,
 Et veram in Christi religione fidem.
 Iudicio fuit acer & imperterritus ore,
 Conspecto plures obstupuere viro.
 Tantus in arte decor, gravitas sermone disertio,
 Et vix cui donis cederet ullus erat.
 Propositum hunc rectè faciendi habuisse fatemur.
 Et censor morum cum gravitate fuit.
 Addere plura vetat pietas. Nævis sine nemo
 Victitat, Integre pura, futura dabunt.

Interea tamen ille extremæ haud immemor horæ,
Pectore sæpè Deo fudit & ore preces,
O æterne Deus, quod nostri terminus ævi
Sic limes vitæ metaq; fixa meæ:
Vita hæc mancipio quod non mihi tradita, at usu
Quod caro, mens certo sint soluenda die,
Hoc me, quæso, doce. Palmo non longius uno
Hoc ævi spatium est unicuiq; datum,
O quantum humanis in rebus semper inane est!
Præterit hæc ætas ut levis umbra fugit,
Idcirco mea mens, æterna palatia celi
Sic attende, solum ut sordeat omne tibi,
In Cœlo patria est, nobis hanc sancta voluntas
Constituit nato sic Mediante patris
Munde immunde vale, cælestis patria salve,
Spes usq; ad finem mi crucifixus erit,
Hoc baculo ægrotans se sustentavit, & hac spe
Incola terrenæ desijt esse domus,
Tandem illata, viri post ultima fata celebris,
Mortua massa solo est, dia led aura polo.

*Hunc tumulum marito suavissimo ac Domino honoratissimo, parenti &
socero dilectissimo & sumè observâdo, uxor Agatha, filij Iohannes, Valenti-
nus Viricus: Filia, Barbara & Agatha & generi David Zwanzigk & Iohâ-
nes Adriannus Drosenius, omnes immatârè hunc obitû vehementer lugentes
posuerunt.*

F. C. Scribente

M. Z. VV. C. in æ & s. Plorzkaviana memoria
& observantia ergo.

Deut.

Deutsche Grabchrift.

Hie vnter diesem Gräbeklein
Ligen eins Bürgmeisters Bebein/
Der in der Tauffe lobesam
Den Namen Valentin bekam/
Von Geschlecht ein Hertwig wol bekant/
Dem ganzen liben Vaterland.
Seins Alters zwey vnd funffsig Jahr/
Leget ihn der Tod auff die Baar.
Der würdig wol gewesen war/
Daz er gelebt hett hundert Jahr.
Zu Gottes Furcht von Jugend er
Gewent ist/ vnd zu Zucht vnd Ehr.
Als er gelegt hett guten Grund/
Aus seiner Præceptoren Mund/
Vnter den der Fürnembsste war/
Stiblerus groß von Kunst vnd Lahr/
Auff hoh Schulen ihn hat gesand
Sein lieber Vater wol bekant/
Ben Marpurg in das Hessenland/
Ben Heidelbergk ans Reichors Stand/
Ben Newstad gelegen an der Hart/
Daer recht vnterrichtet ward/
Von Kennern hoch vnd wol gelehrt/
Die er hielt aller Ehren werth:

Inson.

Insonderheit vom Herrn Vrsin,
Der so richtig war in seinem Sinn/
Daß er auch seinen Begentheil
Dem Feil wiese in kurzer Eil/
Vnd nam fürs Maul mit nicht ein Blat
Nant jedes wies war in der That/
Den hort er ligend auff dem Bett/
So groß Lieb der zu lehren hett.
Hebreisch/Griegisch vnd Latein
Laß er/verstunds richtig vnd rein/
Mehr denn ein Brieff mirs zeigen kan/
Den er an mich abgehen lan.
Gar rein wars im Latein gesetzt/
Fürs sein hett's Cicero gesetzt.
Da nun sechs Jahr vollendet warn/
In seines Lebens besten Jahren/
Kam er wider zum Vater sein/
Wolgelehrt vnd von Sitten rein.
Schulen vnd Kirchen hett woler
Dienen können mit Nutz vnd Ehr.
Aber Gott in seinem weisen Rath/
Ihn darzu nicht verordnet hat/
Drumb als er ihm zur Ehefrau nam
Seins Præceptoris Agathan/
Der auch den Bürgemeister Stand
Beführet hat in seinem Vaterland/

Wird

Wird er zum Stadtschreiber gemacht/
Darauff er vor wenig gedacht/
Solch Ampt hat er bedient mit Ehr/
Daß er bald worden ist ein Herr/
Vnd Schultheiß in dem Erbarn Rath/
Der ihn endlich erwehlet hat/
Vnd gesetzt in den höchsten Stand/
Den man hat in dem Vaterland.
Die Warheit er gelernet hat/
Vnd auch bekennet mit der That.
Er stund bey der Kelligion/
Im Glauben fest auff Gottes Thon.
Vnd war feind aller Menschen Tand/
Dabey nichts ist denn Sünd vnd Schand/
Wenn man in Christi Kirch drauff helt/
Wie oft geschicht in dieser Welt.
Kirchen vnd Schulen hielt er werth/
Vnd viel gelehrten Leutn verehrt
Von der milden Tafel im Rath/
Welches geschehen ohne Schad.
Mehr nicht die Lieb wil gsaget han/
Allhie vollkommen ist kein Mann.
Nie hebn wir an Vollkommenheit/
Er folget in des Himmels Freud.
Ein Biederman den Fürsag hat/
Daß er wissent nicht jemand schad/

B

Obs

Obs wol nicht abgeht allezeit/
Wies manchem in sein Sinne leit.
Der ist recht weiß vnd wolgelehrt/
Der alle Ding zum besten kehrt.
Nun dieser Bürgermeister zwar
Ließ nicht hingehn Tag/ Stund vnd Jahr/
Daß er nicht hett erinnert sich/
Wie so nichts sey beständiglich/
Hat auch gebet fast alle Tag/
Wie David zu seiner Zeit pfleg/
Ach HERR mein Gott/ lehre doch mich
Daß ich nicht leb so sicherlich/
Wie die tolle Gottlose Rott/
Die nimmer denckt an ihren Todt.
Laß mich vielmehr denken darauff/
Daß ein End haben werd mein Lauff:
Daß ein Ziel hab das Leben mein/
Vnd muß einmal gestorben seyn.
Drumb da er hat gedienet aus
Nam ihn Gott weg aus diesem Haus.
Vnd ligt allhie das jerdisch Theil/
Die Seelebt in ewigen Heil.

Ein Kürzers.

Hegraben ist an diesem Ort/
Ein Bürgermeister wolgehört/

Valeno

Valentin Herwig ist sein Nam/
Den er im Geschlecht vnd Tauff bekam.
Er war beredt vnd wolgelehrt/
Drumb ihn auch mancher man geehrt/
In sein Ehestand acht Kinderlein
Er hat gezeugt/davon noch seyn
Fünff lebendig so lang Gott wil/
Der jedem gesagt hat sein Ziel/
Dem Rath hat wol gedienet er/
Für ein Stadtschreiber nicht ohn Ehr/
Bald drauff hat man ihn so erwehit
Daß er vnter die Herrn gezehlt/
Vnd in dem Bürgemeister Stand
Mit Ernst regiert sein Vaterland.
Die Warheit Gottes er verstand/
Vnd bekennet mit Herz vnd Mund.
Feyrabend ihm gegeben hat/
Nach sein Willen der fromme Gott.
Hie ligt er im Schlaffkammerlein
Bis der jüngste Tag bricht herein.
Die Seel ist in des Himmels Thron
Ben Jesu Christo Gottes Sohn.
Vnd wird nach dieses Lebens Zeit
Im Himmel haben ewig Freud.

A M E N.

B 2

ELE

ALIVD.
ELEGIA LUGU-
BRIS.

HENOVUS exoritur quàm non letabilis Annus
Eius principium quàm malè semet habet.
Esce VALENTINVS patriæ caput ecce corona
Esce VALENTINVS Consul in Urbe cadit,
Siccine, Mors, æquum est præstantes tollere mundo
Nullius at precij relinquere iniqua, Viros?
Vana quot in terris incedunt pondera, nullis
Quæ profunt, multis sed nocuisse student.
Talibus insigenda reor tria spicula, non qui
Ordinibus fuerant organa grata sacris.
GVNDERMANNVS erat qualis quem dotibus auxit
Spiritus atheræa missus ab arce poli.
Invida sed fidum Collegam Morta tulisti
Tempore quo nobis sancta reculta TRIAS.
Qualis erat Consul, quem jam mandavimus alma
Cunctorum Matri, qui decus urbis erat.
Hunc immatura lugemus morte peremptum
Cum sobole & vidua compatiendo tori.
Fallor at hunc dignum lacrumis qui iudico nostris
Cui benè, quem cæli testæ beata tenent.
Vanus honor, vana Gazæ, atq; potentia vana est
Quæ liquit, superi sunt bona vera poli.
Quæ jam vera tenet pro vanis atq; caducis
Sunt bona non ullis interitura modis.
At nos triste manet fatum qui vescimur aura
Morbi bella neces & malesuada Fames.

Feli-

Felices animæ quibus haud ventura timentur
 O infelices quos premit ille metus.
 O Civ: S cives pietatem discite casu
 Consulis hoc moniti: Nil pietate prius.
 Davinosa impietas velut unica causa malorum
 Cuncta q; fons veluti quo maledicta scatent:
 Sic homini pietas est arx tutissima, flumen
 Est homini pietas commoda multa vehens.
 Noster hic expertus Consul, quot dotibus auctus
 Quot q; ornamentis hic cumulatus erat?
 Ingenio vegetus, quam sparta munere clarus?
 Quam dives mentis corporis atq; bonis.
 Unde ea promanasse putas bona plurima? Summum
 Sincera coluit quod pietate Deum:
 Hujus erant testes sacri meditatio verbi
 Atq; preces fudit quas foris atq; domi.
 Hinc finis felix, placida dum morte reliquit
 Corporis exuvias Spiritus astra petens.
 Dignus es haud lacrumis ergo sanctissime Consul
 Nos lacrumis digni & Patria tota pijs
 Ob mala quæ prostant, quorum fallacia non sunt
 Signa, furor Boreæ & non glacialis hyems.
 Portendunt obitus clarorum hæc signa virorum,
 Clades ante oculos aspicienda venit.
 Ut taceam reliquos, quorum è regione videmus
 In templo vacuos & sine honore locos.
 Nonne aliquid magnum est & deplorabile, binis
 Consulibus patria est jam viduata viris?
 Civibus ante obijt MILLERVS charus in Vrbe
 Consul adhuc patriæ qui locus usq; vacat.
 Heu nondum sarto damno cadit ecce Valentis
 Pondere cui vero nomen & omen erat

Inficias quis eat multum valuisse VALENTEM
 Vota eius multis prævaluisse atys?
 Heu sed nil valuisse potest ereptus ad astra
 Ille VALENTINVS qui modo sic valuit.
 Sed quia nil valuisse queunt, suntq; irrita vota
 Vota VALENTINVM nec revocare valent,
 Ille VALENTINVS valeat super astra locatus
 Vivat in æternum, & pace fruatur, Amen.
 Interea & Vidua & Nati solamine vero
 Fulci cœlesti sint valeantq; PATRE.
 Et tu chara mihi valeas ô patria tellus
 Opto, VALENTINOS restituatq; DEVS.

M. Iohan Hertzog, Divini Verbi Minister, hono-
 ris & decoris ergo fecit, & Viduæ Liberisq;
 mæstissimis dedicavit.



ALIVD.

Sic mihi magnificos mors præripis
 (atra patronos?
 O madeât lacrymis ora, querela mera est!
 Pron dolor humanis in rebus tristia lacris
 Siccinè miscentur, mœsta Thalia refer?
 Apparo qui thalamos en fundere flebile carmen
 Heu cogor, lacrymis oscq; rigare meum.

Pau-

Paulisper taceas thalamis Hymenæe paratis,
 IALEME accessus accelerato tuos.
 Occidit heu mortis passus moriendo dolores
 HERVVIGIUS, tristes CURIA ferto faces.
 HERVVIGIUS cecidit caput urbis, apexq; Senatus
 ASCANII cecidit fida columna fori.
 Sed quia non elegos lacryma patiuntur in hora
 Fundere prolixos, dic breve Musa melos.
 Iam mœstos novim matrem, IANUM atq; VALENTEM
 VLRICUM gemina cumq; sorore nimis.
 O generi tristes video vos, tristis ego sum,
 Et mea cum vestris gaudia dispereunt.
 ASCANIS indulge lacrymis; tibi iusta dolendi
 Causa venit, cecidit Consul honorq; tuus.
 Dicite qui fletis: TUA IUSTA EST, IOVA, V O-
 (LUNTAS
 Summe, Pater, IUSTUM IUDICIUMq; TUUM.
 Tu dederas nobis Patrem, tu surripuisti,
 Gloria nostra canat nomen ubiq; tuum.

M. Paulus Michaël Blanckenbur-
 gensis, Rector Scholæ Asca-
 nienfis.

ALI

A L I V D.

Klage Lied.

1.

Betrübt muß ich jetzt klagen
Mit Leid vnd trawren groß/
Ach kaum vor dreyn Tagen/
D daß ich schreiben muß/
Der Bürgemeister sehlig/
Baltin Herwig genandt/
Innerhalb 12. Tagen wehlig
Sein Leben hat geendt.

2.

Geduld muß ich ißt hersagen/
Ach Gott du bist gerecht/
Dein Will muß vns behagen/
Dein Bericht nicht ungerecht/
Der du vns hast gegeben
Bürgmeister vnd Vater fromb/
Hastu D H E R X genommen
Dich preisen wir mit Ehon.

3.

Ach daß zu allen Zeiten
Die kurze Freud der Welt/

Ver.

Vermischet wird mit leiden /
Wie es dir H E R R gefällt.
Von Freuden der wil schreiben /
Begn etn frölichen Tag /
Bald muß er klagn vnd weinen /
Der Freud vergessen mag.

4.

Jedoch muß ich gedencken /
Daß wir all sterblich seyn /
Auch in ewr Herßn sencken /
Ihr betrübten Freunde mein /
Den Trost aus Gottes Worten
Nicht sollen wir gleich seyn
Den Heyden / denn wir dortn /
Zusamm Gott schauen fein.

5.

Vorhin ist er gezogen /
Bey Christo lebt er nun /
Solches hat mich bewogen /
Zudencken stets dahin /
Thue auch ganz Herßlich bitten /
Daß ihr Betrübten all /
Weil Christ für vns gelitten /
Kommt in den Freuden Saal.

M. Paulus Michaël, Rector Scho-
læ Ascaniensis.

c

THRE.

A L I V D.

T H R E N O D I A.

CVria luge, Curia luge, Curia luge
Et da tristitiæ plurima signa novæ.
Amisistis enim dolor, heu dolor, amisistis
O cives & plebs ô miseranda, Caput.
Dulce caput, placidumq; caput: Res cuncta ruinam,
Publica non parvam, quo pereunte, facit.
Publica res fracta est miserabile, Privaq; fracta est:
Publica quando labat, Res quoq; priva labat.
Communem hinc casum deplorant quando, doloré
Testantur proprium: causa dolenda subest.
Attoniti incedunt tristes longo ordine Patres
Atq; viri reliqui quos pius ardor agit.
Et peplis Matres pallentibus incedentes:
Tabescunt; pueri damna futura sciunt.
Vnus homo potuit clades avertere magnas:
Vnus homo ut gentem perdere sæpe potest.
Consilijs **V**RBE hic **C**ONSUL servavit & auxit,
Atq; dedit pacis munere posse frui
Vndiq; grata quies, tranquillæ tempora vitæ
Nempe Pater patriæ mitis amansq; fuit.
Ah fuit: ô memini, & cuncti meminere, severe
Nil dictum aut factum: Cura paterna fuit.

Felix

Felix imperium, quod Cura paterna gubernat,
Infelix, terror quod truculentus habet,
O Ciues Cives lugete virum, date latus
Nam jacet Aicanij gloria magna Fori
Cessit vester amor, cessit tutela piorum,
Cessit amor templi, cessit amorq; Scholæ,
Nempe ille alueolis imbres & damna fugauit,
Atq; umbras apibus depulit innocuis.
Æquis consilijs & nutibus omnia rexit
Et pietate sua tutus in orbe fuit
Næ dignum caput est centum quod adimpleat an-
Quodq; foret multo fas viguisse fore. (nos
Iusticiæ Custos, & servantissimus æqui
Hinc fuit, Eunomiæ nobile præsidium,
Religionis erat cultor! Sophiesq; Patronus
Cujus persensit primus & imus opem,
Publica priuatis bona præposuisse solebat;
Nec propria quaquam commoditate trahi,
Consilio bonus, ingenio fuit utilis acrj,
Nec non eloquij dexteritate potens,
Quando Magistratum gereret non illius unquam
Iure tumens voluit plus licuisse sibi
Ah mentem quoties virtute fideq; refertam
Et miror summâ cum grauitate Virum,
Non etenim rigidus, non ore minax, neq; toruum
Ostendens vultum, siue severus erat.

Sed mitis, placidus, clemens affabilis omni
Tempore, seu Iuvenis, seu loquerere Senex,
Insuper & facilis, Civilis & æquus in omnes;
Non aliqua fastus asperitate gravis,
Nil alienum à se humanitatus esse negocl;
Pauperibus promptam sæpe ferebat opem,
Munera Iudicio non prætulit, omnia fecit
Ut scirent omnes, & sine teste nihil,
Non secus ac gallina fovens sub pectore pullos
Sic rexit plebis vi sapiente gregem
Cumq; suos adeo cives constanter amavit,
En inter cives mortuus est positus,
Quò sit adhuc eius fragrent laudesq; decusq;
Et pateat latè nescia Fama mori,
Non igitur miseri doleant lacrymasq; profundant:
Non lacrymas oculis fluminis instar agant:
A quibus hic Heros velut exsul prorsus abivit,
Queis desiderium liquit ubiq; suum,
Omnis eum civis, Clarissimul ordinis omnis
Amissum flent singultibus & lacrymis,
Atq; ideo in querelam luctum, lessumq; resolvit
Emeritus Consul Tempora, Lycea, Forum,
Ipsa Themis, Pietas, toto lugente Senatu
Deflent præpoperum Consulis interitum.
At quorsu lacrymæ rogo? quid mœror juvat ingēs?
Cur nimium luges ô gemebunda domus?

Nil

Nil juvat immodico nos dilacerare dolore,
Cura, dolor, luctus, trux quoq; crux valeat.
Antiquū est pactū; Mors sceptrā ligonibus æquat:
Sors cuiq; explenda est: mors sua quæq; manet.
Sic vidi pulchros subito pallefcere flores:
Sic vidi Myrthum deposuisse comas,
I nunc Romanos verbis extolle triumphos;
I, quære Attalicā conditione fruj.
At Tu (quod superest) CONSUL meritissime salve,
Gaudia percipiens non peritura sinu.
Interea memori ferimus tua Nomina mente,
Subijcimusq; urnæ vota secunda tuæ:
Signantes tumulum: fuit hâc qui CONSUL in urbe;
In cœlo aligerū mens simulata gregi.

Scripta à

M. VALENTINO ATHENÆO S. P.
Conrectore.

Partim honoris & observantiæ erga Defun-
ctum gratia; tum vero *συμπαιδείας* testandæ & decla-
randæ humanitatis ac benivolentiæ erga honoratif-
simam eius familiam causâ.

C 3

I li.

A L I V D.



Licet heu cecidit mortis sicelice peremta
Herwigie antiquæ gloriæ magna domus

I licet heu cecidit demersus funere acerbo

Vnio & Ascanij Lux, Columenq; Fori

Publica res per quem viguit, res privataq; per quem

Floruit, atq; Cliens tutus in urbe fuit.

Floriditas linguæ quem sic dotarat abunde

Ut poterat trepidis utilis esse reis

Pectus & Herculeæ qui simplicitatis habebas

Occidit & dura mortis adiuit iter

Mortis adiuit iter, qui Musica castra fovebas

Et doctis largâ præbuit æra manus

Iustitiæ studio semper flagravit & æqui

Candoris veri candida norma fuit.

Scilicet Ascania est locuples Respublica testis

Quæ merito magni signa doloris alit,

O Mors falce tua sic demeris omnia curvâ

Fautoresq; meos invida Clotho rapis?

Plangite Pierides; lacrimas ô fundite tristes

Plangite; tristifico solvite labra sono

Vos lugete virum cives hunc morte necatum

Secula qui Pylij vivere dignus erat

Salve ô Herwigi curis exute molestis

Atq; malis, nimium quæis patet aula solâ.

Tu mihi Fautor eras omnis livedinis expers

In te fixissem præsidium omne meum

Salve ô Herwigi cæli novus incola salve

Conspectu fruëris Colloquioq; Dei

Ascaneam alme Pater clemens ô respice terram

Herwigiana domus sit tua cura precor.

Johannes Benedictus Athenæus Rhenopoli-
tan Anbaltinus.

ALL.

A L I V D.

Ei mihi quò tandem vanescunt omnia, rebus
 Cur ita in humanis Parca severa furit?
 Cujus ego rapidum si possem rumpere flamen,
 Non quenquam premeret flèbile mortis onus.
 Mors ut triste malum, tristes sic reddere cunctos
 Cestit, & horrendà polluit omne manu.
 Nam sine certa die cunctos nox torquet, acerbà
 Hác vice torquentur, quot sibi nutrit humus.
 Sic decus Ascaniæ HERVVIGIVS sic disperit ora.
 Sic immaturà morte solutus abit.
 Qualis at hic, titulus monstrat, res gesta: Fatum
 Ritè VALENTINI nomen habere dedit.
 Idè haud immeritò: nam vità & moribus aptis,
 Et virtute VALENS arte VALENS è fuit.
 Vernalis dum dona animi, juvenileq; robur
 Esset, & huic cultrix suada diferta foret.
 Sedulus evolvens sacra volumina Phœbi
 Sudaret Clario dum studiosus agro;
 Egregia insumta percepit præmia cura
 Et palmam multà non sine laude tulit.
 Mox ubi prævaluit virtus, animusq; virilis,
 Hác Consul nostrà clarus in urbe fuit.
 Huic velut incumbens baculo Respublica crevit.
 Hunc patrem agnovit per duo lustra suum.
 At dum virtutum tanto certamine felix
 Cogitat æterno se sociare patri.
 (Quod verè factum est) rapido morte ingruit æstu.
 Et caput Ascaniæ sub sua jura trahit.

Hei


Hei quid Parca furis? latis quid tristia misces?
Optima quid duro conficis atra malo?
Quis furor, & miseri quæ te violentia Fati
Ante facit tempus surripuisse virum?
Annon quid valuit multis nota inclyta virtus?
Non pietas, candor, non sine labe fides?
Sed quorsum hi fletus, quorsum suspiria? nunquam
Huc, semel abreptus morte, redire potest.
Atqui hoc me miserum fulcit, quod vivere nondum
Desijt, ut collo bruta soluta suo.
Sed pius Elysijs digressus vivit in hortis,
Ipsius & vitæ portio magna manet.
Vivit adhuc, quamvis crudelibus occubet umbris,
Vivit & ætheriæ munera lucis habet.
Conspicit æternum hic cæli terræq; Monarcham,
Hic Salvatorem conspicit usq; suum.
Conspicit hic sacram divini Flaminis auram,
Conspicit ætherios aligerosq; viros.
Desine propterea lacrymis, nebulasq; doloris
Pelle, qui ob erepti tam citæ fata gemis.
Quin magis defuncto gratans dic: vive perennis,
Et latare Poli, quæ tibi parva, bonis.

Scriptum à
Matthia Ladhovio Ascan: Consulis de-
functi alumno.



78. 93.





Id 4212. 8.

ULB Halle 3
002 391 589





So

Ne

VOM







172



V L V S
 ISSIMO,
 SSIMO ET DO.
 VALENTINO HER-
 Alcaniensium Consuli
 ernacula sedenti & im-
 DEI immutabilem Vo-
 o & quo ad animam
 um aggregato & exu-
 positus, factus



ANNEMEYERO Sympatriota
 la & Ecclesia Plotzkaviana
 vini ministro,
 eo petentibus & impe-
 abus, Generis Dn: Consulis de
 nis luctus significatione.
 a Carmina lugubria.

ISTI ex Vir-
 e nati
 poris Long Inq Vltas.

